



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanuelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Mendicitas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

268 MENDICITAS.

ex declarat. Greg. XIII. dirimunt etiam Matrimonium. art. 6.

Et idem dicendum de professione castitatis emissa in Ordine sancti Ioannis de Malta ; non autem in aliis Ordinibus militaribus, quorum professores conjugalem dumtaxat castitatem vouent, unde solum Clericorum professio, non aliorum, Matrimonium dirimit. *art. 7.*

Regulares absque licentia Parochi Matrimonium solemnizantes, excommunicantur, à solo Papa absoluedi. *quæst. 2. art. 1.*

MENDICITAS.

Vide Communicatio privilegiorum, Fratres Minores, Pestis.

Licet peregrinari mendicando causa maioris humilitatis & patientiæ, etiam non facta bonorum renunciatione, multò magis ea facta. *rom. 3. quæst. 3. art. 1.*

Nullo præcepto tenetur quis laborare manibus, nisi ut vitet otium vitiosum, & sine vlla tertij iniuria cum suis viuat. *ibid.*

Mendicitas Fratrum Minorum,
Et Præ

MENDICITAS. 269

& Prædicatorum licita est, & meritoria, modo non extendat se ad superflua conquirenda, & bonis operibus corporalem laborem recompenfat. *art. 2.*

Quinimò ex vi Regulæ ad ipsam mendicitatem tenentur Fratres Minores, cum ob factam bonorum omnium renunciationem, hæc sola via illis supersit ad vitam tuendam: quamvis enim iure diuino, aut naturali, aut alio quouis modo, sæculares teneantur & cogi possint, etiam implorato ad hoc à Fratribus officio Iudicis ad vitæ necessaria eis subministranda pro labore, Missis, Concionibus, &c. ipsi tamen Fratres nullam inde certitudinem civilem habent, aut habere possunt. *art. 3.*

Nullò tamen præcepto ostiatim mendicare iubentur. *ibid.*

Mendicantes in duplici sunt differentia; alij ex Regula, ut sunt soli Fratres Minores, qui proinde nihil proprij, etiam in communi, habere possunt; alij ex constitutionibus, & his licitum est, aliquid in communi possidere. *tom. 2. q. 125. art. 1.*